

✠ **In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Dei eterni: Laidulfus divina ordinante providentia longovardorum gentis princeps: cum principalis excellentia petitioni dilecti sui petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium nostrorum. presentium scilicet ac futurorum sagacitas: Quoniam pars publici ex antiquitus iam per sexaginta annos. et eo amplius livera potestate. tenuit et dominata est sibi has subscriptas ecclesias. cum rebus et terris in eas pertinentes: Idest ecclesia sancte marie. et sancti nicandri. et sancti angeli que dicitur ad cicalusi. et ecclesia sancti cosme. et sancti donati de loco vitolacci et uniuscuiusque principum precessorum nostrorum prout voluerunt suis petentibus fidelibus. Easdem ecclesias et res atque terras earum pertinentibus asque ad tempus dederunt et concesserunt: et nunc dimissas a nostris fidelibus et nostre parti publici redierunt potestatem. predictae vero ecclesie cum rebus earum olim fuerunt pertinentes sancte sedis huius capuane nostre civitati: Modo autem dominus gisembardus egregius archipresul (1) eiusdem sedis nostram obsecravit excellentiam. quatinus concederemus pro dei amore animeque nostre mercedis nostro monasterio sancti laurentii. (2) qui hedificato est intus hanc nostram capuanam civitatem. propinquo portam que dicitur capuanam. Idest integras easdem ecclesias cum omnibus rebus et terris earum ubicumque exinde inventum dederit. De quibus petit a nostra excellentia. ut in prefato nostro monasterio. In qua dominus iacobus venerabilis abbas preest exinde firmitatis apices mittere iuveremus. cuius preces exaudientes. hanc firmitatis apicem in prephato cenovio nostro exinde fieri**

✠ **Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo Dio eterno, Laidolfo per volontà della divina Provvidenza principe del popolo dei longobardi. Dunque l'eccellenza del principe per richiesta di un suo diletto benignamente acconsente al richiedente. Pertanto sia noto all'intelligenza di tutti i fedeli nostri, presenti cioè e futuri, che la parte pubblica da antico tempo già per sessanta anni e anche più con libera potestà tenne e ha dominato le sottoscritte chiese con le cose e le terre ad esse pertinenti, vale a dire la chiesa di santa Maria e san Nicandro e sant'Angelo detta **ad cicalusi** e la chiesa di san Cosme e san Donato del luogo **vitolacci** e ciascuno dei principi nostri predecessori, come vollero, le stesse chiese e le cose e le terre a loro pertinenti diedero e concedettero senza limite di tempo ai loro fedeli che lo chiedevano e ora abbandonate dai nostri fedeli ritornarono in potestà della nostra parte pubblica. Invero le predette chiese con le loro cose un tempo appartennero alla santa sede di questa nostra città **capuane**, ora poi domino **gisembardus** egregio arcipresule della stessa sede supplicò la nostra eccellenza affinché per amore di Dio e per il riscatto della nostra anima concedessimo al nostro monastero di san Lorenzo che è edificato dentro questa nostra città **capuanam** vicino alla porta che è detta **capuanam**, vale a dire per intero le stesse chiese con tutte le loro cose e terre dovunque pertanto fosse dato trovare. Per le quali cose chiese alla nostra eccellenza che dunque al predetto nostro monastero in cui presiede domino Giacomo venerabile abate ordinassimo di dare il massimo della fermezza. Tali preghiere esaudendo, comandammo che fosse fatto al predetto nostro cenobio questo massimo di fermezza. Per cui**

iussimus: Per quos omnino sancimus et perpetualiter prephatus noster monasterius. et ipse dominus iacobus abbas eiusque successores et partem eiusdem monasterii. easdem ecclesias et res earum. abendum nostris et futuris temporibus concedimus in prephato monasterio per hoc nostrum roborem preceptum. ipsas predictas ecclesias. videlicet ecclesia sancte marie. et sancti nicandri. et sancti angeli que dicitur cicalusi. et ecclesia sancti cosme. et sancti donati de loco vitolacci cum omnibus rebus et terris earum: ubicumque exinde inventum dederit. Ea videlicet ratione predictas ecclesias cum rebus et terris atque pertinentiis earum. et nostri palatii pertinetur per predictam rationem in prephato monasterio nostro sancti laurentii ipsas concessimus. ad possessionem eiusdem monasterii. et predicti domini abbatis et de successoribus eius. seu de parte predicti nostri monasterii. ad habendum et possidendum et faciendum exinde omnia que ad partem predicti monasterii placuerit. absque contrarietate. comitis castaldei iudicis vel sculdahis aut cuiusque persone hominis contradictione vel inquietudine. set perpetualiter prephatus monasterius. et predictus dominus abbas eiusque successores et pars predictas ecclesias et res earum abeat et possideat nullam. ei exinde aliqua contraria ingerente. Quod si quispiam hanc nostram concessionem in quomodocumque violare presumpserit sciat se. in prephato monasterio. et ad eius abbates compositurus auri libras decem *bythiantes* et hec nostra concessio de quibus continet firma permaneat in perpetuum. ut autem hec nostra concessio verius observetur manu propria scripsimus et ex annulo nostro supert iussimus sigillari.

senza alcun dubbio e in perpetuo decretiamo che il predetto nostro monastero e lo stesso domino Giacomo abate e i suoi successori e la parte dello stesso monastero abbiano le stesse chiese e le loro cose nei nostri e nei futuri tempi e concediamo al predetto monastero mediante questo nostro forte disposto le predette chiese, vale a dire la chiesa di santa Maria e san Nicandro e sant'Angelo detta **cicalusi** e la chiesa di san Cosma e san Donato del luogo **vitolacci** con tutti i loro beni e terre dovunque fosse dunque dato di inventarle in quella condizione cioè che le predette chiese con le loro cose e terre e pertinenze anche appartenenti al nostro palazzo per la predetta condizione al predetto nostro monastero di san Lorenzo le abbiamo concesso in possesso allo stesso monastero e al predetto domino abate e ai suoi successori e alla parte del predetto nostro monastero affinché le abbiano e possiedano e ne facciano dunque tutte quelle cose che piacesse alla parte del predetto monastero senza contrasto di conte, castaldo, giudice o scudiero o contraddizione o inquietudine di qualsiasi persona umana ma in perpetuo il predetto monastero e l'anzidetto domino abate e i suoi successori e la parte *del monastero* abbiano e possiedano le predette chiese e le loro cose senza che dunque nessuna cosa in contrario sia avanzata. Poiché se qualcuno osasse violare in qualsiasi modo questa nostra concessione, sappia che dovrà pagare come ammenda al predetto monastero ed ai suoi abati dieci libbre auree *di Bisanzio* e questa nostra concessione per quanto contiene rimanga ferma in perpetuo. Affinché poi questa nostra concessione più veramente sia osservata l'abbiamo scritta di nostra propria mano e abbiamo comandato che sia apposto il sigillo dal nostro anello.

L
A
|
U ——— L domini laidulfi excellentissimi principi.
|
F
|
V
S

Signum I-D ——— U ——— L domini laidulfi excellentissimi principi.

Agelghisi clerici et ——— scriba ex iussione supradicte gloriose potestate scripsi.

Datum XIII Kalendas iunias anno quinto principatus domini laidulfi gloriosi principis indictione decima. Actum in civitate capuana.	Dato nel 13 giorno dalle Calende di giugno (A), nel quinto anno di principato del signore Landolfo glorioso principe, indizione decima. Redatto nella città capuana .
---	--

(1) Archiepiscopum hunc nuncupari Hybaldum in Chronico S. Vincentii de Vulturno, Gislebardum in catalogo Patrum, qui Romano Concilio interfuerunt, et Gisebardum nonnullis in codicibus ait Ughellius (*Ital. Sac. t. VI. col. 322*). Codices quidem praesefere vero proprius ejus nomen e praesenti membrana eruitur. Quapropter notandus videtur Granata auctor operis inscripti *Sanctuario Capuano*, qui (*tom. I. pag. 129*) in Archipraesulum Capuanorum serie Gisembardum hunc nomine tantum Hybaldi rettulit.

(2) Ughellius diplomatis hujusce mentionem habet (*Ital. Sac. t. VI. col. 320*) et Monasterium S. Laurentii Aversae ab Aloara, et Landenulpho conditum, praesentique diplomate ab Archiepiscopali jurisdictione exemptum fuisse edicit. Miramur profecto scriptorem hunc Monasterium Capuanum ab Aversano non distinxisse. Secundum enim horum Coenobiorum anno 986 nondum extabat, cum vulgatissima res sit Aversam fuisse a Nortmannis anno MXXX, quo Sergius Dux Neapolitanus Atellanum agrum Rainulfo eorumdem advenarum Duci donavit, Capuanum quidem Coenobium dein excisum est, et quae ad ipsum spectabant, in Aversanum Coenobium commigrarunt, prout e Benedictinis Mabillonii Annalibus ad annum 1099 spectantibus elucet; verum superiori aevo non unum idemque Monasterium fuerunt.

(A) 20 maggio.